

morbo suo corripuntur comitali, ni fallor, Sacerdotes Aegypti merione marina sanarunt hominem. Hinc postea vericulum composuist fertur:

Καὶ τὴν θάλασσαν πάλιν ἐδοκίμασαν ἰάσασθαι. Tanquam aqua marina morbis omnibus mederetur. Erasim. in Adociis.

Q. FABIVS Maximus consul apud flumen Iliam praelio commissio adversus Allobrogum, Arvernorumque gentes, ad vi. Idus Augusti. cxxxm. perduellium casis febrī quartana liberatus est in acie. Plin. lib. 7. cap. 50.

Scribit Spartianus, ex Pannonia venisse quendam ab natali caecum ad febricentem Adrianum; A quo mox contactus exiit caecitatem, ac Imperatorem reliquit febris. Caelius lib. 11. c. 14. Antiquarum Lctionum.

Artisaneta Heliadi praefecti praetorii uxor, revertens cum marito, & tribus liberis à Beato Antonio, Gaza propter eorum infirmitatem remota est. Ibi enim hemitritae pariter arcepti omnes, à medicis pro deploratis relinqui sunt. Ma-

ter cognito, quod esset Monachus in vicina solitudine, obliata matronalis pompa, vadit comitata ancillis, & eunuchis. Cum ad eum pervenisset: Per ego te, ait, Jesum clementissimum Deum nostrum obsecror, per crucem, & sanguinem, ut reddas mihi tres filios, ut glorificetur in urbe gentilium nomen Domini Salvatoris, & ingrediatur servus eius Gazam, & Marhas (idolum Gazensium) corrumpat. Veniente illo, & dicente, nunquam se egressurum de cella: nec habere consuetudinem, ut non modo civitatem, sed ne villam quidem ingrederetur, vadit humiliter se humi clamans: Hilarion serve Christi, redde mihi liberos meos. Quos Antonius tenuit in Aegypto, à referrentur in Syria. Flebant cuncti, qui aderant, sed & ipse negans flevit. Quid multa? non prius mulier recessit, quam ille pollicitus est, se post Solis occasum Gazam introiturum. Quò postquam venit, singulorum lectulos, & arenia membra considerans, invocavit Jesum. Et ò mira virtus! quasi de tribus fontibus sudor pariter erupit, eadem hora acceperunt cibos, lugentemque matrem cognoscens, & benedicentes Deum sancti manus deosculati sunt. Quod postquam auditum est, & longè, lateque percrebuit, certatim ad eum de Syria, & Aegypto confluxerunt, ita ut multi crederent in Christum, & se Monachos profiterentur. Necdum enim tunc Monasteria erant in Palestina, nec quisquam Monachum ante sanctum Hilarionem in Syria noverat. Ille fundator, & eruditor hujus conversationis, & studii in ea provincia fuit. Hieronymus in vita eius.

D. BERNARDUS Galdricum avunculum febricitantem manu tetigit, & febrem discedere iussit. Auctor vite, cap. 10.

Populus herbulas sparserat super tumulum Nicetii Lugdunensis Episcopi. Aigulphus Diaconus Roma veniens, de hisce herbis Sacerdote porrigente, secum sportavit, ac febricitantibus cum haustu aquae frigidae exhibuit, ac sanitati evestigio restituit. Greg. Turonensis hac sua aetate facta esse pro certo affirmat.

Albanensis Episcopus febrī laborans, cum ex patella, ex qua D. Bernardus cibum ceperat, panem, & aquam gustasset, mox convalescit dicitur. Auctor lib. 2. cap. 3.

Greg. Turon. de gloria Confessorum cap. 85. de Sylvestri Ca-villonensis Episcopi lectulo sponibus ligato, mira quadam narrat. Febricitantes positi sponibus hunc lectum, recreati, & D. rescessit sunt. Multos dicit sese vidisse, qui abscessis particulis de sponibus lectuli, cum infirmos hisce tangerent, praesentem restituisse valetudini. Matrem suam ait, particula abscessa de sponibus, puellam febricitantem, cum de collo suspenderet, sanasse.

ADALBERTVS Boemia Episcopus, infans gravissima febre correptus, ac Divae Mariae Virginis aedem perlatus, à parentibus nuncupato religionis voto, si morbo evaderet, repente convalescit. Bonif. lib. 1. Dec. 2.

FERMINANDUM Davalum Piscarium Neapoli venationi, & falconum aucupis magno apparatu, & incredibili patientia deditum, nec gravia saepe, & palustria loca vitantem, febricula ita lentis invasit accessibus, ut corpus per se gracile, & à naturali ignea vi facile exultum, corrupto jam oris habitu, & tabe factis membris vix ambigam spem salutis retineret. Sed conversa demum tota victus medicina ratione, repudiatisque remediis calidis, saluberrima epti lactis, & lactula refrigeratione sanatus est. Jovius in Piscario lib. 1.

Irrita. In Lentinum, Martialis Epigrammatum lib. 12. Quare tam multis à te, Lentine, diebus Non abeat febris à te, quaris, & usque gemis. Gestatur tecum sella, pariterque lavatur. Cenat boletos, & sicca, fumen, aprum. Ebrīa Setino sit saepe, & saepe Falerno. Nae nisi post niveam Caecuba potat aquam. Circumsusa rosi, & nigra recumbit amomo. Dormit & in pluma, purpureoque thoro. Cum sic tam pulchre, tam bellè vivat apud te, Ad Damnam potius vis tua febris eat?

GOAR Monachus ad Treverensem Episcopatum à Rege Merensium Sigeberto vocatus, febricitare maluit, quam Episcopus fieri. Marul. lib. 1. cap. 6.

CRASSITIES, OBESITAS.

Scytharum, qui ad Riphæos montes habitant, formae sunt crassa, & carnosae: juncturae verò humectae & enervatae, ventreque humidi omnes, maxime tamen inferior alvus: nequit enim ipsa exsiccat in hujusmodi tum regionis, tum naturae, & temporis constitutione. Sed pra pinguedine, & glabritie carnis etiam foris inter se sunt similes, masculi masculis, & feminae femellis. Multos proinde ipsorum, praecipue qui Nomades sunt, reperias exutos humeros, ac brachia habentes, manuumque juncturas, pectora, coxas, & lumbos, nullam sane aliam ob causam, nisi ob naturae humiditatem, & mollitiem. Nam neque arcus intendere, neque telum torquere possunt pra humiditate, & impotentia. Cum autem urunt, humor ipse à juncturis evacuat, suntque corpora ipsorum validiora, melius nutriuntur, & articuli magis firmanur. Fluida vero sunt, ac vasta, primum propterea quòd facies non colligantur, quemadmodum fieri solet in Aegypto. Facies autem communi consensu abstinent, equitationis causa, ut ad insidendum aptiores redantur. Deinde etiam propter desidiam. Masculi enim eorum prius, quam eos confendere queant, plurimum temporis desident in curribus, raroque procedunt, ut inambulent, propter peregrinationes, & itinera perpetua. Muliebrum autem corporum formae ad stuporem usque fluxae existunt. Hip. de Aere, aquis, locis.

Nicomacho Smyrnae ad tantam molem corpus increverat, ut loco moveri non posset. Is ab Aesculapio curatus est. Gal. lib. de Differ. morb. cap. 9.

DIONYSIVS Heraclotus tyrannus fuit adeo ventericosus, & corpulentus, ut noctu dum quiesceret, cogeret suis lateribus hirudines admove, quae humorum superfluum paulatim exhaerent, eoque modo aliquid adimerent de crassitudine. Aelianus tamen lib. 9. subtilis acus per abdomen iniicit solitas scribit, ut humor superfluis educeretur.

SANCIVS I. Asturum Rex intolerabili pinguedine aggravatus, dictus fuit Sancius Crassus. Consilio Gordii Navare Regis avunculi sui pacem, cum Abderramo Principe Cordubae fecit, & Cordubam veniens ab Abderramo magnifice susceptus, opera medicorum antidoto ejusdem herbae gravitate pinguedinis liberatus est. Rodericus Tolanus in lib. 5. rer. Hisp. cap. 10. Card. lib. de Subril. de Plantis agens, semen herbae fuisse exilimant, quam Linguam aevi vocant: sed vel veneno adjecto, vel in contrarium mutata corporis temperie, brevi post obiit.

TABES EMACIATIO.

OBESIVS, deplorans suam miseriam, cura, dolore, & senio se confectum ostendit apud Euripid. in Phoenissis. Πόναν ἀδύποτον ἀπαρτὶ ἀδύποτον, ἢ τίνασιν ἰσχυρῶν, ὃ τῶν αἰσίων ἀδύποτον. Canum acris tanquam simulachrum, aut mortuum infensum, aut volatile somnium. Alex. Trallianus lib. 5. cap. 4. vidisse se Virum affirmat, qui cum tussi sicca ad tabem usque maceraretur, dicta convenienter usque aborta tandem tussi vehementiss. lapidem levem, atque durum ex pulmone rejecerit: tussique levatus fuerit. Paul. Aegmeta lib. cap. 31. historiam narrat de quodam, qui post sanguinem è pulmone rejectum temporis progressu maxima cum tussi, & sanguinis copula calculos quatuor, aut quinque, tribulis similes, magnitudine quatuor filiquarum rejecerit: inde levatus dolore, paulò post tabe consumptus interiit.

DOPFVS Scotorum Rex nobilis, complures vagos, & per insulas Hebrides debacchantes, dignis penis affecerat. Caeteri,

Caeteri aut fugerunt in Hiberniam, aut manuarum arti sese ad-dixerunt. Procerum id quidam agrè admodum ferre, rati indignum splendidi parentibus prognatos opera viduum quietare. Ergo Marvi proceres venecorum arte regi perpetuas vigiliis nocturnas cum sudore incredibili intentaverit, sic ut lenta tabe conficeretur. Multis consilium indicio, cui concubina matris suae arcanum sufful detexerat, deprehensa noctu vitricae cereum regis ducti simulacrum ligneo affixum veru ante ignem torrere, & carminibus recitatis liquore medicato perfundere. Dum simulacrum igni adhibitum torredicatum, rex in sudorem solvebatur: carminibus autem macie perpetua tenebatur vigilia, & ad liquefactum cereum macie conficiebatur. Consumpta cera regi mortem afferbat. Perfracto simulacro venecae supplicio flammæ sunt affectae. Ea ipsa nocte, qua hæc in Forreliensi arce sunt actae, regem lan-guore levatum, & nocte absque sudore quiescisse: postridieque redeuntibus viribus, omnia prompet egisse, perinde ac si nulla adversa valetudine fuisset detentus, memorant. H. Boerthius, lib. 11.

VULNERA. VEL ACCIPTA AB HOSTIBUS.

ALEXANDRI Magni corpus vulneribus à vertice usque ad pedes concisum, trajectum, affictum, & scitibus contusum hostibus fuit: Hætaque in gladio, atque ingenti pondere saxi. Ad Granicum dissecta capillo tenus ejus galea. Apud Gazam telo percussus humerus. In Maragandis sagitta vulnerata tibia, ut radii diffractione os itibus exiliret. Cervix in Hircania saxo, unde caligine luminibus offusa in periculo multos dies caecitatis fuit. Apud Aflicanos Indico telo tactus: quo tempore ad asentatores ridens ait: Neque hic sanguis est non sanies, non ichor ille Homericus: Diis ut solutus manare boatis.

Apud Iffum semur gladio à rege Dario, qui cum eo, ut est auctor Chares, congressus erat. Ipse ingenue, & citra omnem fucum confitens ad Antipatrum Alexander: Contigit, inquit, mihi quoque ipsi pugione vulnus accipere in femore: caeterum nihil gravius vel in præsentia, vel post inde est fecutum. Murius.

BRASIDAS Spartanus in carycis captum murem, morsus ab eo, mistum fecit. Mox assistentibus: Nihil adeo est, inquit, pusillum, quod non sit magnum, si adversus aggredientes defendere se audeat. Plut. in Apopb.

AGESILAUS murem conficiens ex funestra trahi à Puero, qui cum tenebat: ut flebens se manum momordit morsu tenentis, & profugitque, ostendit id illis, qui praesertim erant, aitque: Quando animal minimum ita propulset injuriam, quid viros facere deceat, pendere. Plut. in Apopb.

CURATA.

ALEXANDRO Magno in Gandidris crus, apud Mallotas telo arcu misso atque alce infixæ ejus cuspidè pectus vulneratum: item pistilli ictu secundum collum vulnus accepit, quando ad motæ muris scalæ contracta sunt. Ibi eum fortuna unum incluserat, non claris adversariis, sed obscuris barbaris facinus tantum largiens. Quòd nisi petla, eum prorexisset Ptolemæus, & Limnaus, diruissentque ira, & vi Macedones murum, fuisset barbarus ille, & ignobilis vicus Alexandri tumulus. Plut. de Alexandri fortitudine.

TELEPHVS Mylorum rex ab Achille vulneratus, & vide Titulum superiorem §. Hostibus. PHORMIO (cujus etiam Theopompus in Philippiis mentionem facit) Crotoniata, in praelio ad Sagram vulneratus est. Vulnus autem cum difficulter curaretur, oraculum accepit, Lacedæmonem esse eundem: eum enim ejus medicum fore, qui cum primus vocaret ad cœnam. Cum ergo Spartam venisset, & è vehiculo descendisset, adolescens eum ad cenam vocavit: & cœnatum rogavit, quæ de causa veniret: Oraculo intellecto, abstraxit hastam, & ramenta vulneri imposuit. Inde cum à cœna rediens curram confendere videretur, januam ædium suarum Crotonem apprehendit. Suidas.

A. ATTILIVS Calatinus, cum CCC. militibus eruptione facta, acriter in prelio pugnantis occidit: & semianimis demum inventus, sanatus est. Livius lib. 19.

SYVARDVS, Regneri Danorum regis F. in acie contra Haraldum tyrannum immediabili vulnere affectus jacebat. Desperantibus medicis, quidam stupenda magnitudine ægri le-

gulum adire conspexit, si sibi illorum, quos armis oppressurus foret, animas dedisset, protinus incolumitate gavifurus est. Promissit: se Rostrum dici jubunxit: Syvardus cupidè paruit. Tunc senex manu subitam vulneri cicatricem induxit, & oculos ejus pulvere asperxit: cujus vi serpentata feritas oculos ejus accessit: ita quidem, ut anus illi ministrans supercilia luminum acie territa, linguæ anima ceperit. Inde Syvardus ferentini oculi cognomen accepit. Sexto lib. 9.

CUM EDVARDVS regis Angliæ primogenitus ad Domini sepulchrum transfretasset, fuissetque in via à Mauro quodam gladio venenato percussus, in Angliam sine salutis spe est reversus. Ejus uxor, regis Hispaniæ filia, plagam mariti lingua quotidie lungebat, fugebatque humorem venenosum quidem, at conjugalis amoris melle conditum. Sic ille recte curatus, illa incolumis evasit. Rod. Sancius part. 1. hist. Hisp. cap. 4.

Jaromitus Boemorum princeps, fugittis confixus à Versovicenibus proditoribus in veneratione, invocato D. Joan Baptista, præter expectationem incolumis evasit. Dubravius lib. 6.

VLADISLAUS Lodivcus Polonorum rex, Cruciferis memorabili strage affectus, eorum numerum recognoscens, conspiciatus Florianum Scharum, hominem equestis ordinis, multis vulneribus debilitatum, resupinatum corpore jacentem, & illa per vulnus effluentia manibus cohibentem: conversus ad comites: Quam magnus hic est, inquit, hostis viri cruciatu? Respondet ille: Majorem esse ejus, qui in eodem pago malum vicium habeat, qualem ipse expertus sit. Rex contra: Bono, inquit, animo esto. Isthoc ego te malo liberabo, si vixeris. Itaque sublatas, curatusque, totum pagum amoto vicino malo regia munificencia adeptus est. Cromerus lib. 11.

ULCERA.

Sexta Aegypti plaga à Domino per Moysen immissa fuit, quando favillam de calcaria plenis volis in aerem sparsit, quae in pulverem mutata tam homines, quam bestias pustulis exulceravit, ita ut ne Magi quidem præ pustulis portalem Moysae consistere possent. Exod. 9.

Internum fuit Sacerdotibus Romanis, qui ulcere laborabant, auspicio operam dare. Utrum hæc nota est, non debere vitium habere, in animo illos, qui rebus divinis vacant, verum expertes esse ægritudinis? An conveniens est, si nec vitium vitium utitur, quis ad rem divinam ulcerosa, neque ad auspiciam avibus, ut multo magis in femepis ea vitent, mundi que, & sani, atque integri ad capiendæ auguria ad diis procedant? Videret enim ulcus mutilatio corporis, & pollutio esse. Plut. in quest. Rom.

Memoria Stephani martyris, in castello Synticensi, quod Hipponensi coloniz vicinum est, ejusdem loci Lucillus episcopus, populo præcedente, atque sequente portabat. Fistula ergo, qua jam laboraverat, & familiarissimi sui medici, qui eam fecerant, opperiebatur manus, illius pie farcinæ vocatione, repente sanata est, sic ut deinceps eam in suo corpore non inveniret. August. lib. 22. de Civit. Dei, cap. 8.

ESKILLVS Lunensis Archiepiscopus in Dania, senio jam gravis, Archiepiscopatu sponte resignato, Claram vallem abiturus, igne (quem sacrum vocant) quadam corporis parte afflatus abscedere maturavit, perinde ac divinitus injecti sibi supplicii cruciamenta fortius. Quem cum Abfalon, quem is sibi successorem, vel invitum designaret, Scania exdem quem castelli sui hospitio excepisset, flegat tanto pedum frigore teneri, ut noctu quietem capere non posset, conquirentem audiret, calidum laterculum cistula crebris foraminibus distincta inclusum plantis applicuit, eoque fomentum genere præfrigido seni patientem quietis calorem restituit. Cujus medicamenti beneficium hoc Eskyllo gratius fuit, quod ab artificis charitate, non scientia, aut professione manavit. Saxo lib. 4.

DOMINICVS SYLVIVS Venetorum dux Uxorem habuit, Græci fastus, & superbie plenam, patria Constantinopolitana: quæ, ut Damianus scripsit, adeo morosa fuit elegantia, ut communi aqua ad se lavandum nunquam uteretur, sed, aure tantum collecto: cibaria digitis non attingeret, sed aureis fuscis apprehensa ori applicaret: ejus cubiculum ea odorum varietate fragrabat, ut nimia suavitate ingrediendum sensus penè obruerentur. Ferunt, insolentissimum illius cultum in foetidissimum tabem se vertisse: ut quæ nobilissimo elemento, quia cum aliis sibi commune creneret, pertinaci stomacho abstinuisset, non modò non aqua, sed ne ulla quidem ope

tabidi corporis saniem possit abstergere. *Sab. lib. 4. Dec. 1. & Vincentius lib. 25. c. 53.*
FRACTURÆ
 Peculiaris est Alpinis maximè fluminibus Conserva appellata, à conferminando, spongia aquarum dulcium veris, quam muscus, aut herba, villosa densitatis, argue fistulosa. Curatum ea scio, omnibus ferè ossibus confractis, prolapsum ex arbore alta Putatorem, circumdata univerto corpori (aquam suam inspergentibus, quoties inarefecerit, raroque, nec nisi deficientem herbam mutationis causa resolyventibus) convalescere vix credibili celeritate. *Plin. lib. 27. c. 8.*

MUTILATIO.

Consule Tit. Manuum, & Pedum Affectus.
 MASTIS fratris Xerxis Uxor ab Amestri Xerxis uxore, incestum mariti cum Artayna filia Mastitis (cujus illa matrem auctorem esse falsò credebatur) mamillis, naribus, auribus, labris, lingua mutilata fuit. *Herod. lib. 9.*
 PHOCAS tyrannus ab Heraclio Imp. navali praelio superatus, ubi in conspectum Heraclii venit, ei illicò manus, & pedes, mox humeri, & pudenda amputata fuere, tandem & caput. *Cedrenus.*

B AFFECTUS CONSIDERATI RESPECTU CAUSÆ MORBIFICÆ. DÆMONIACI A DÆMONIO OBSESSI.

Consulatur Tit. de Dæmoniis, & Dæmoniis.
 Ubi multa de Dæmonum potestate in corpora humana. Item de variis modis eos abigendi, eiciendi, fugandi. Quidquid denique de eo argumento desiderari possit.

PESTIS. PESTILENTIA. Causa, Curatio. Peste ex loco proprio de Pestilentia. HYDROPS. HYDROPE AFFECTI.

HERODES Parthorum rex, hydrope laborans, aconito potionatus est à Phraate F. Id cum morbus vicisset, & unà cum eo esset expulsum, Phraates expeditissima via eum suffocavit. *Plutarchus in Crasso.*
 HERACLITUS philosophus hydropsi laborans uti noluit medicis, sed totum se fimo bubulo perunxit. *Suidas, & Laert.*

METRODORUS philosophus, Epicuri socius, laboravit tympanite. *Laertius.*
 ANASTARCHUS grammaticus Alexandrinus (qui floruit sub Ptolemæo Philometore) hydropticus fuit.
 BENIAMIN anachoreta (qui annis 80. duravit in eremo) hydrope tandem perit. Eos, qui sui miserebantur, rogare solebat, ne corporis, sed animæ curam haberent, veniamque à Domino sibi exorarent peccatorum, quæ dum sanus esset, commisisset. *Marul. lib. 5. cap. 2.*

VENDELINUS presbyter Schliengensis in Marchionatu Basileæ vicino, hydropticus homo festivissimus, præfente Ioan. Hubero Basileensi medico: An verò non indignum hoc est, exclamavit, me qui tot expeditionibus sacerdotis cum dignitate interfuerim, in hac postrema ætate ad tympanitæ officium non tam abjectum quam invisum cogi? Ibi cum plerique adstantium emota mentis hoc indicium esse arbitarentur, Medicus, qui nasum illius satis perspectum habebat: Minime verò, inquit: nam quod major hic est, cuius nunc castra sequi cogitas, Imperator, eò etiam minus hoc licet infimum, altero illo vel honestissimo splendidus erit, teque dignus. Ergo, respondit Vendelinus, ad vasa, & arma excitandi mihi estis. Moxque rejecto tegmine, ambabus manibus ventrem veluti D tympanum feriens, inquit: Sequimini volentes, nolentes sequemini, paucisque post diebus obiit.

CURATI ab Hydrope.
 CHRISTUS hydropticum quandam sabbato in adibus Pharisæi cuiusdam sanavit. *Lucæ 14.*
 Eques Romanus Julius Viator, è Vocontiorum gente federata, in pupillaribus annis aquæ fubter cutem sua morbo prohibuit humore à medicis, naturam fecit consuetudine, atque in senecta caruit potu. *Plinius lib. 7. cap. 18.*
 De primoribus quidam tumens morbo intercutis, eodem die, quo ad Hilarionem in Sciliam venerat, curatus est: qui postea offerens ei infinita munera, audivit dictum Salvatoris ad discipulos: Gratis accepistis, gratis date. *Hieronymus in vita Hilarionis.*
 Romanus Argyropolus Imp. jam senex incidit in hydro-

pe, tumefactaque est illi facies, cum vehementi admodum difficili anheliu, ut mortuo haud multum absumis esset, E quod nudata capitis densitate capilli defluerent: atamen medicamentis sedulo curatus est. *Cuspinianus.*
 Ex Musæa villa venit ad D. Bernardum Hydropticus ad Charaumullem. Cui cum manus imposuisset, & crasset, proprio illum cingulo cinxit, mandans, ut postquam convalesceret, cingulum restituere. Rediit homo circa diem viciesimum postea sanus, & gracilis corpore, reportans cum gratiarum actione cingulum. *Auctor vitæ.*
 Redè Horatius.
 Crescit indulgens sibi dirus hydrops,
 Neq; sitim pellit, nisi causa morbi
 Fugerit venis, & aquosus albo
 Corpore pallor.

LEPRA, ELEPHANTIASIS. Vide Titulum de LEPRO & LEPROSIS. MORBI NOVI, ADMIRANDI, ET PLERIQUE VETERIBUS INCOGNITI.

Extrat insignis, & percutienda Epistola Ioan. Guernii medici F excellentissimi, in qua de variis, & admirandis Morborum generibus tractatur, estque responsoria ad alteram eiusdem Heurnii à Bra etiam medici. Inter alia autem ita scribit prænotaminatus Heurnius. Quod de Dracunculis queris, idem mihi morbi genus olim valde monstruosum legenti visum fuit, dum viderem Galenum id genus morbi nunquam vidisse, nec eius causam intellexisse, sed in quodam Arabie loco vagari asserere. Scribit etiam Julius Pollux in Æthiopia (& maximè ut scribunt alii, in regione ad mare rubrum) Dracunculum existisse, qui crura hominum, & femora edebat. Æthiopes solos ferè inquit exercens, raro aliis molestus. Adest his ulcus, cui eminet quid nervosum puritudo. Et dubitantem notabam. *Ægineta quartii libri capite ultimo*, num sint animalia, vel eorum solum ideam præ se ferentia. Nam Avicenna valde titubare de horum specie. Jurarem ferè Aetium animal id fuisse existimasse: idem de Raze dixerim. Sed Soranus Epheus medicus sectæ methodicæ, qui Galeni temporibus vixit, cuiusque scripta Cælius Aurelianus Latina fecit, negavit Dracunculum animal esse, sed tenuis cuiusdam nervi, qui medicis, & agris motu quodam cieri videtur, sub cute condensationem. Manarud hoc nasci ait ex uridine fucci crassi. Gortæus negat nos de his iudicium posse ferre, quod nunquam occurrat. Author Definitionum medicarum, & Guido, ad varices referunt. Quid tandem dicas, rem incertam. Quidquid G illi, qui America attingere nuper litius, ibi familiare observarunt malum Ton didum, quod digitos pedum pediculi animalculi idea excidit, sub unguibus se infinuans, ac in gangrenam convertit, oleo rubro ex fructu curoque succurrunt.
 Sic referunt Aretæus, & Lucretius Elephantiasin morbum H Ægypto veteraculum existisse: Podagras Athenis, in Achaja Ophthalmias. Erat etiam hujusmodi morbi genus Leucoplegmatia, quam narrat Æschines in epistolis Græcis Philocrati, se vidisse in cunctis, qui in Delo Insula habitabant, qui vultus, & capillos albescentes habebant, collo, & pectore intumescabant, sine febre, sine dolore ullo, nec inferiores partes quicquam immutata fuerant. Atque hæc Apollinis ira sibi evenisse putabant.
 Quin mala quædam morbifica toto orbe spargant, inventa illa Venus ex novo orbe profecta argumento est, & maximè fuit; Quin peculiaria quædam, ac invisa mala hominem interdum occupant: adeo ut redè scripserit Celsus Monstra in medicina evenire.
 Meminit Cicero in epistola quadam ad Atticum, Crateri medici de Attica tunc ægrota loquens: Commoverit me Attica, est affentior Cratero, Et Horatius lib. 2. Sat. 3.
 Non est cardiacus, Craterum dixisse putato,
 Hic æger. Et Persius.
 Sed quid opus Cratero magnos promittere montes?

Hujus

Hujus Crateri Servus in hōvum inaudientumque morbum incidit: idem admirabili quadam curatione sanatus est, ut memorie prodidit Porphyrius Tyrus in primo libro suo de An. lib. 4. cap. 1. Cum hujus crato didicisset ossibus, nec medicamentis quicquam profici potuisset, viperæ, piscis in motem conformata, devorataque ab eo, liberatum cum ipso morbo narrat. Ita namque carnes ossibus hæere cepisse, ac conglutinatas esse.
 Josephus lib. 16. Antiq. cap. 8. scribit. Herodem Magnum Antipatri filium interno astu flagrasse, quem tamen foris positæ partes non sentiebant: fames illum in perpetuos cibos cogebat, pudendorum fotor aderat cum factiasti vermiculosa. Balnea naturalia, & illa ex oleo, hunc non juverunt. Tanto tandem affectus, ut tandem cultello sibi manus intulisset, nisi ab amante cognato ictus exceperet fuisset.
 Mirum etiam, quod refert Plus. lib. de claris mulier. cap. 11. ubi de morbo, qui invadit Virgines Milesias, cujus nullum remedium inquit, poterat inveniri. Fanaticam quanda contagionem ab ære insulam putabat, que eas in insaniam abegerat, adeo ut mortis cupidine tactæ, seipsas strangularent. Tanta, inquit, mali erat calamitas, ut neque parentum lacrymæ, neque amicorum monitus, aliquid remedi attulerint huic malo: tantaque erat furoris immantitas, ut omnem custodientium diligentiam superaret. Nullum mali hujus remedium inventum ante, quam decerneretur, ut virginum, quæ sibi mortem conscissent, per medium forum nuda cadavera effrentur. Eas res virginum furorem non solum compressit, verum etiam sedavit, & extinxit. Tantum ignominie metus vauit, ut quas humorum malorum gravissima mors non auerterat ab instituto, turpitudinis spes commoverit. Mirum si ab ære hoc illi evenit solis. Scimus ab ære misfuitibus fedato, & ab eo, qui proprie substantia corruptione in vitio est, monstrifica non raro vicia pullulare.
 Scribit Ammianus Marcellinus 23. hist. monstruosam rem: Post hæc, Selenia, ambitiosum opus Nicanoris Seleuci, que per duces Viri Cæsaris expulsa, avulsum sedibus famulachrum Comæ Apollinis, perlatumque Romam in æde Apollinis Palatinæ deorum antilicis collocarunt. Fertur autem, quod post directum hoc idem signentum incensæ civitate, miles tanum ferentes, invenero foramen angustum, quo referato ut prestofum aliquid invenirent, ex adyto quodam concluso à Chaldaeorum arcibus labe primordialis exiit, quæ in C anabillum vi concepta morborum, eisdem Severi Marci Antonini temporibus ab ipsis Perarum fimbibus usque ad Rheum, per Gallias, eundem contagii pollebat, & moribus. Hæc ille re, & verbis monstrofa.

Hodie in Stria, & Carinthia, ob aquas metallinistas, homines Struma, ac byronchea voce ferè privantur. Ante Pompeiæ tempora, Elephantiasin non novit Italia. Carbunculus Narbonensî provincia familiaris, & primùm in Italia venit, L. Paulo, & Q. Marcio censoribus. Mentagram ante Tyberii Principis tempora Italia non vidit. Comurfa morbus olim grassabatur, jam esse desit. Ita nova interdum explendescunt in nobis, alia in nobis desinunt. *Hæc ex præfata epistola.*

ANIMALES MORBI. Puta PEDICULORUM. Phthiriasis. Vide Tit. Phthiriasis morbus. Loco de Morte. Actiodphagi Æthiopiæ populi, delicto contemini. Veris tempore, sicut Zephyro, & Lybico, locustas permagnas arthiosas captunt, quas late superfluos, diucius servant: hæc est solus eorum per omne tempus locustarum victus. Neque enim pecora nullum, neque pisces edunt, procul à mari D positi, neque ullum aliud vitæ admiculum habent. Corpore leves vult, veloces cursu, & vitæ brevis, ut qui longissime vivunt, quadragesimum non excedentes annum. Finis eorum non solum mirabilis est, sed etiam incredibilis. Nam propinquante senecta pediculi alati, non solum visu varii, sed specie horridi, ac turpes, in corporibus natæ, ventrem primò, tum pectus, deinde totum corpus parvo tempore exedunt. Qui morbum patitur, primum veluti faciei cuiusdam pruritu allectus, corpus scalpiti voluptate simul, & dolore percipit. Deinde exoritur pediculis, simul effluente sanie, morbi acerbitate, ac dolore periculis, unguibus corpus magno cum gemitu lacerat. Tanta verò vermium copia effluit, aliis super alios tanquam ex perforato vase scaturientibus, ut deleri nequeant Et hoc pacto sive fide, sive aeris causam, miserum fortunant vitæ finem. *Diod. Sicul. l. 3. c. 3. de Reg. ant.*

DRACONUM. Maris rubri Accolæ ex morbo, ut Agatharchidas scriptum L. B. Theatr. vitæ Ham. Tom. V.

reliquit, cum aliis incommodis afflicti fuerunt novis, & inauditis, cum dracones exiles, qui furas eorum depauperarent & brachia, emicuerunt: ac si attingeret quis refugiebant rursus intro, inflammationeque involvendo se in partibus multicolis intolerandas creabant. Quam pestem, neque viderat ullus ante, neque post alius: sed illos solos tentavit. *Plut. lib. 8. Conu. quæst. 9.*

VENENI CURA.

CUIUS, Puta Canis rabidi.

PLINI ætate Miles quidam in Lacetania à cane rabido demorsus, matris absentes somnia remedium invenit. Hæc enim in quiete vidit, ut radicem sylvestris Rosæ, quam cynodoron vocant blanditam sibi adpectu pridie in fructo, miteret filio bibendam in lacte. Quo remedio misto servatus est ex insperato filius, & postea quilibet auxilium simile tentavit. *Plin. l. 25. cap. 2.*
 In morfu canis rabidi excellit theriaca, in aqua vitæ, vel vino generoso dissoluta, durisque parti afflicta, sic ut cruore manet, impositus, illo deterfo, ligamentis eodem medicamento imbutis, moxque superpositis illi cepis communibus cum sale vulgari, & terebinthina intritis. Hoc solo remedio vnam ex filiabus nobilis domina Gron à rabiei symptomatibus impressis in suram dextri crucis virulentis dentibus canis rabiosi venenatam fuisse testatur. *Amb. Pareus lib. 20. Chirurgie, cap. 14.*

Serpentum.

PHILOCTETES à serpente ictus, seu potius Hercule sagitta Hydræ tabo infecta, in pede vulneratus à Vulcani factodotibus in Lemno sanitati restitutus fuit. *Il. B. l. 9. Eust.*
 Ægypti præfectus quosdam Noxios feris obicere decreverat. Is in theatrum ingressus caupona quadam mulier oleum quod præ manibus habebat, in via tradidit: quæ prius citrum comederat. Hi postea aspersionibus, nihil passi sunt. Præfectus custode exquirat, numquid edidissent, vel bibissent. Ut verò citrum illis datum eodem die cognovit, hic citrum postero die dicit, illi nequaquam iussit. Is qui citrum comederat, nihil passus est: alter verò morfus statim interit. Hoc cum multis in rebus inexpectatum esset, inventum est denique citrum omnibus venenis mederi. Si quis tum citrum in melle Attico cum semine coctum dissolvat, & ex eo manè ad duos vel tres digitos sumat, nihil profus à venenis patietur. *Athen. lib. cap. 5.*

Nesciere medici, quantum contra aspidas polleret acetum. Nuper ab aspidæ calcato percussus quidam utrem aceri ferens quoties depoluisse, sensiebat ictum, aliam illa similit. Intellectum ibi remedium esse, potius succurrum. *Plin. 21. c. 11.*
 Coqus Dominæ à Calitroperco, cum lupulum in fissuris legeret, ictus manum à colubro, ipsa statim obi adnota, vulnus fuxit, ictus expressione dolore, & primùm in Italia venit, L. Paulo, & Q. Marcio censoribus. Mentagram ante Tyberii Principis tempora Italia non vidit. Comurfa morbus olim grassabatur, jam esse desit. Ita nova interdum explendescunt in nobis, alia in nobis desinunt. *Hæc ex præfata epistola.*

ANT. PAREUS, cum Carolus IX. regem in Montem pestifulum comitaretur, in officina Fargii pharmacopole, ubi theriaca magno splendore apparatu conficiebatur, non contentus huiusmodi, & circumspicere viperas, quæ eam compositionem subitura, multæ in ampulla vitrea habebantur, unam tractare manu placuit. Sed dum eius dentes, qui in maxilla superiore sunt, membranula tanquam vagina veneni aservatrice inclusi, curiosius, & incautius tractat, fera extremum indicem, qua inter unguem, carnemque hiat, morfu illi prehendentem statim subortus est acer dolor, tum partis exquisitissimo sensu præditæ, tum veneni effert occasione. Erestigio digitum super vulnus arctissime constrinxit sanguinem, venenumque, ne se latius in corpus effunderet, exprimeret: Theriacam antiquam in aqua vitæ dissolvit, ex qua intinctum imbutumque bombacem vulnere imposuit, atque intra paucos dies hoc uno remedio planè convaleuit. *Testis ipsemet lib. 29. Chirurgie, cap. 16.*

Q 2

Plantarum

A animo. Cubitum eo, non occubitum. Non intrit, qui redi- vivus aliquando refurgit. Christus auctor est nobis pene spe- randi: exemplo suo docens, ut quemadmodum ipse corporis mortem passus refurget, ita & nos refurrectionis futurae spem certam habeamus, in Titia, vel de scientia beatorum, fol. 47.

* MORTIS IMAGO, SIVE SCHEMA.

Mors a pictoribus pingitur horrendo modo, oesca tota, abs- que oculis, absque auribus, absque naso, nuda, sine carne & sine forma, sine sexu, cum falce in manu.

Sine oculis, quia non respicit ullius dignitatem, statum, aut ordinem, nullis neque Papa, neque Caesari, neque Principi parit. Hinc Horat.

Pallida mors equo pulsat pede

Pauperum tabernas,

Regumque turres.

Et Claudianus in raptu Proserpine:

Sub tua purpurei venient vestigia Reges

Deposito luxu, turba cum paupere mixti.

Omnia mors aequat.

B Sine auribus pingitur, quia nulla preces, nulla supplica- tionibus quidquam valent contra furorcm ejus. Hinc Boetius lib. 1. de consol. Philo.

Heu, heu, quam surda miseros avertit aure,

Et sientes oculos claudere secula negat.

Sine naso, quia mundi hujus immundi negligit suavem odorem armata, Zibetum, Ambra, &c. Hinc Isa. cap. 14. Erat tibi pro suavis odore favior, & pro crispante crine calvitium.

Nuda pingitur, quia non curat bona, divitiisque Crecei. Hinc S. Bernardus. Non miseretur inopiam, nec veretur divitias.

Sine carne pingitur, quia non curat molliem carnis, pul- chritudinemque filiorum hominum. Hinc Poeta.

Ipsa rapit juvenes prima florente juvenia.

Sine sexu, quia non respicit personam. Mors nemini parit.

Divina metit veluti maturas messor aristas,

Omnia vulnificat falce crevata fsecat.

Uberiora de effigie mortis habet Gabriel Ichinus Canonicus Lateranensis, de quatuor novissimis, Lib. 1. cap. 5.

C EJUS CERTITUDO, ET INFALLIBILITAS.

Quia vera est sententia Dei, quam dixit huomini: quacum- que hora comederis ex eo, morte morieris. Planum est, quod statim post peccatum homo moritur. Gen. 2.

Unde homo vivens, quasi continue moritur, secundum Aug. lib. 13. de civitate Dei, cap. 10.

Cum tocannis vixerint homines ante diluvium, signanter tamen dicit scriptura post tempus descriptionis vite eorum: Et mortuus est. Gen. 5.

Hanc autem mortis certitudinem omnes cum Philosophi, tum Poeta, in finibus propere sententis, & symbolis expresse- runt: quamvis nulla hujus nota illustrior, quam quod quoti- die videamus homines mori, primamque horam, quae vitam dederat, eandem carpere. Tribus similitudinibus veterum Pa- trum id declaravimus: ac quidem.

D AUGUSTINI: Sicut torrens pluvialibus aquis colligitur, redundat, perstrepat, currit, & currendo decurrit, id est, cursum finit: Sic est omnis iste cursus mortalitatis: nascuntur homines, moriuntur: & aliis morientibus, alii nascuntur, succedunt, accedunt, decedunt, nec manebunt. Quid hic teneat?

Quid non decurrit: Quid non quasi de pluvia collectum in abyssum? Quomodo enim fluvius repente collectus de pluvia de guttis imbutum in mare, nec apparet, quia nec apparebat, antequam de pluvia colligeretur: Sic hoc genus humanum de oculis colligitur: & profuit in mortem. Rursus in oceanum vergit, medium hoc sanit & transit: de hoc torrente bibit Christus, hoc est, natus est moriturus. In Psal. 109.

2. EUGERII. Velut ex alto undarum fluctus, aliis, at- que aliis supervenientibus in litore extrema franguntur: Ita in terminum mortis succidit: alliduntur atates. Ad Valerianu.

3. Idiotarum viti sanctissimi. Sicut omnes stellas, quae ab Oriente veniunt, quamvis sint magna celeritatis, & virtutis, tendunt tamen ad occasum, & ibi secundum diversos circuitos, alia tardius, alia ocius sese a nostris aspectibus abscondunt: Sic etiam homines universi ab Oriente, id est, per nativita- tem intrant in mundum, quamvis ibi aliquandiu rutient, & clarescant, necesse est tamen, quod tandem ad occasum mortis, alii tardius, alii citius, secundum cursum duratio- nis, quem a Deo acceperint, veniant, decedantque, & a mundi aspectibus sese subtrahant, & recedant, in l. de con- templatione mortis, s. a.

EXEMPLA HISTORICA.

ANASTASIUS Imperator, quia fatale sibi efficitur conu- lio dicerat, ut solmine interiret: Tholottum aedificum constru- xit, in coque degit, sed frustra. Nam cum aliquando tonitrua horrendum in modum resonarent, & fulgura multa eliderentur, atque ipse perterritus ex conuclio in cœnaculum descen- deret, & alios, atque alios thalamo subiret: in quodam regio cubiculo mortuus est inventus. Cedrenus etiam hæc addit, Anastasium eum oraculo edocuit esse. igne sibi perendum fore, cisternam in palatio, quæ frigida dicitur, multis meatus aperuit, quorum cuique cadus appositus est, conatus hoc pacto oraculum irritum reddere. Verum id ab re fuit: solmine enim divinitus est ictus, Jo. Zonaras tom. 3. Ann. in Anastas. Dico- rum Credo apud Baron. tom. 6. ann. 518.

DOMITIANUS Imperator, qui longo tempore Anastasio prior, cum mortis instare tempus putaret, à Mathematicis prædictum, quod nulla diligentia vitare poterit ejus portu- culum, in qua deambulare solebat, Sphænicum marmore parietes in crustavit, ut lapidis illius fulgore, veluti in speculo, non minus eorum, qui à tergo, quam qui à fronte se offerent, ima- gines eodem representarentur. Fulg. lib. 9. cap. 14.

IOSAPHAT Avenni Indis Regis filius, aliquando è pa- latio, quod ipsi extructum fuerat, ut à nemine adiri posset, foras progrediens in caputem quandam senem incidit, rugata facie, fractis, ac dissolutis tibiis, curvo corpore, capite profusus cano, qui præterea dentibus carebat, atque concium quid- dam, & interruptum loquebatur. Stupore itaque correptus, cum hominem eum propius ad se adduci iussisset, eos qui tum aderant, interrogabat. Equidnam tam insolens spectaculum esset. Illi autem dixerunt: Hic ætate valde provecus, ac pau- latim decedentibus ipsi viribus, membrisque imbecillitate contrahebentibus, ad hanc, quam cernis, ærumnam pervenit. Et quisnam, inquit ille, ipse finis est? Nihil aliud, inquit illi, quam mors ipsum excipiet. Omnibusne hominibus, in- quit ille, hoc propositum est, an quibusdam dumtaxat con- tingit? Responderunt illi: nisi mori antevertens aliquem hinc abducas, fieri non potest, quin temporis progressu hinc huic periculum non faciat. Tum Adolefcentis: Quotiano hoc cuiquam contingit, atque profusine mori necesse est? ne- que ars ulla est? quæ mortem efugiamus, atque in hanc cala- mitatem minime incidamus? Dicunt ei: Octogesimo, qui cen- tesimo anno ad hanc fenestram homines perveniunt, ac dein- de moriuntur: nec aliter fieri potest. Debitum enim naturale mors est, hominibus ab initio impositum; neque ulla ratione ipsius adventus vitari potest. Hæc omnia, ut sagax ille, ac pru- dens adolefcentis audivit, atque intellexit, in animo corde inge- mificens, dixit: Acerba hæc vita est, atque omni dolore, ac me- fustia plena, si res ita se habet: Et quomodo quidpiam in incerta mortis expectatione, cujus adventus non quod vitari non potest, sed etiam, ut dixistis, incertus est, securo animo erit? Abiitque, hæc secum volens, atque assidue considerans, mortisque memoriam identidem animo repetens, ac deinceps in doloribus, animique confirmatione vivens, atque in perpe- tuo merore degens. Atque apud se dicebat. Ergone mors me aliquando corripiet? Et quisnam erit, qui me post mortem meminerit, cum tempus omnia oblivione contriverit? Num præterea morte fundus in nihilum dissolvatur? an contra, altera quodam vita est, & alter mundus. Hæc, & his similia perpetuo cogitans pallore conficiebatur. Joan. Dam. de asib. gestis SS. Barlaam, in Jos. cap. 5.

Legatur aureus Seneca lib. de brevitate vite. F. Retraheba H de reb. familiaribus.

* POENA PECCATI.

Errat Seneca, & cum eo veteres Philosophi, qui mortem homini naturalem voluerunt, qui etiam fuit error Pelagianor- um. Quia fidei est, certe mortis sententiam, & necessitatem primum hominem per inobedientiam incurrit. Hæc enim illi Deus fuerat comminatus, ut quocunque die ex vitæ sibi ligno comeditet, morte moreretur. Verba Script. sunt: Quo- cunque die comederis ex eo, morte morieris. Symmachus verit- hic modo, sic dicit: Ita, id est, mortalis eris. Ubi notant Sacri Interpretes, repetitione mortis, duplicando scilicet hæc verba, (morte morieris) significat inobedientiam. Adæ duplicem mor- tem Deum comminari, non solum corporis, & temporalem, sed & spirituales animæ, ac æternam: utramque in alibi suum modo, & certam, sic ut peccando quoad corpus, mortis necessitatem: quoad animam vero actus, & reipia incurrit. Ita ut

ut mors in hoc statu non fuerit hominis naturalis, sed pœna peccati, ut definitur Conc. Milevit. c. 1. & docet S. August. lib. 1. de pecc. merit. c. 2. Habuit enim homo ante peccatum posse non mori, quia poterat non peccare.

Infinita id Paul. ad Rom. cap. 5. Per unum hominem I. nempe Adamum, in quo ceu capite constituta erat nostra inno- centia, & originalis iustitia peccatum intravit in mundum: nempe proprie, per se, & per propagationem, ac communi- cationem: Et per peccatum mors, scilicet tanquam illius pœna: & ita in omnes homines mors pertransiit. Dicit nam- que Sapiens c. 2. Deum creasse hominem inextinguibilem, id est, immortalem, & incorruptibilem. Græcè est ἄσπαστα, id est, immortalitate, vel ad immortalitatem: ut scilicet esset immortalis, si vellet Deo obedire, & persistere in sua innocentia. Invidia autem Diaboli (peccatum intravit, & per peccatum) mors introivit in orbem terrarum.

Malè ergo Cicero naturam, quod in homines crudelis es- set, colque morbis, & mortidicet, accusavit. Malè rur- sum Pythagoras, & ex eo Origenes, peccata, quæ anima ante- quam corpori conjungeretur, in celo commisit, mortis, & ærumnarum hominis causam esse censuerunt.

B Pulchre de his S. August. lib. 5. contra Iulianum c. 12. & 15. sic ait: In lib. 3. de Repub. Tullius hominem dicit, non ut à ma- tre, sed tanquam à novæ natura editum in vitam, corpore & nudo, & fragili, & infirmo: animo autem anxio ad mole- stias, humili ad timores, molli ad labores, prono ad libidi- nes: in quo tamen inest tanquam obrutus quidam ignis in- genii, & mentis. Hæc Cicero: posthæc subdit Augustinus. Neque hoc ite auctor dixit malè viventium moribus effe- ctum, sed naturam potius accusavit. Rem vidit, causam ne- scivit: latebat enim cum cur esset grave jugum super filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum usque in diem sepulture; cum enim facis eruditus non esset, igno- ratum originale peccatum.

Et mox de Hortensio, & alius paulo aliqns affurgentibus subdit: Qui nos ob aliqua scelera suscepta in vita superiore pœnarum luendam causa natos esse dixerunt, aliquid vidif- se videntur: ut verum sit illud: quod est apud Aristotelem, si- mili nos affectos esse supplicio, atque eos, qui quondam, cum in prædonum Hetruscorum manus incidissent, crudelitate ex- cogitata necabantur quorum corpora vita cum mortuis, ad- verba adversis accommodata, quam aptissime colligebantur: sic nostros animos cum corporibus copulatos, ut vivos cum mortuis esse conjunctos. Verum mortis docent Scripturæ, peccatum primi parentis Adæ causam esse mortis ipsius, & omnium posterorum, ac consequenter omnium quoque ærumnarum hujus vite.

Ubi nota primò, simul cum peccato introivit mors in ho- minem: ut sicut lictores immittuntur in domos, & bona reos, mox ut peccatum, ut homines immista fit in homines reos, eosque sensim arrodit, & consumat dum ergo vivimus, mor- tem, puta mortis principia, & causas gerimus in visceribus, quæ non cessant nobis morbos, & ærumnas procreare, donec plane nos mortificet, & absumat. Hinc Apostolus ait: Corpus mortuum est propter peccatum, mortuum, id est, mortis ne- cessitati, & ærumnis ita obnoxium, ut videatur non tam esse vivum, quam mortuum cadaver, magna ergo anima pœna est, quod huic cadaveri sit alligata, & cum eo quasi tabelcere, & mori debeat, ut ajebat Hortensius apud Aug.

Est etiam mors velut filia, & effectus peccati, ejusque ex affe- heres, hinc vocat illam Job. c. 18. vers. 13. primogenitam, quod si velut primæ peccati filia, & jure primogenituræ in re- gno peccati quasi patris sui hæres fecisset, & dominatur.

Quare eleganter, & apposite Barlaam apud Josaphat, mor- tem comparat unicorini, qui hominem affidit insequitur: fu- git ille, & fugiens in scrobem incidit, casusque amplexatur ar- borem, quam rodebat duo mures: in ima scrobis erat draco igneus, homini devorandus inihius. Videbat hæc homo, sed stolidè modico meli, quod ex arbore stillabat, incubans, per- iculosis omnis obliviscitur: assequitur cum unicorini, arborque à muribus eroditur, ruit illa, & homo à dracone arripitur, ac devoratur. Scrobis est mundus, arbor est vita, duo mures sunt dies, & nox, draco igneus est venter inferni, mellis gutta est mundi voluptas. Ita Damasceus cap. 12. biflor.

* MORTIS COMMODA.

EAQUE A MULTIS EXPETITA. Mortem Ethnici omnis felicitatis portum, ærumnarum gravissimam metam, & laborum finem pronuntiant, ejusque

accelerationem magni beneficii loco habuerunt. Audi de hac re Franc. Petrarcam Epist. 10. de reb. familiaribus.

Quæ enim potest in vita esse jucunditas, cum dies, & noctes cogitandum sit, jam jamque esse moriendum.

Cato autem sic abiit à vita, ut causam moriendi natum se esse gauderet. Verat enim dominans ille in nobis Deus, injustus, hinc nos suo demigrare.

A malis igitur mors abducit, non à bonis, verum si que- rimus, hoc quidem à Cyrenaico Hegesia sic copiose dis- putatur, ut is a rege Ptolemæo prohibitus esse dicitur, il- la in scholis, dicere, quod multis his auditis mortem sibi ipsi confecerent. Callimachi quidem epigramma in Am- braciotam Cleombrotum est: quem ait, cum nihil ei acci- disse adverbi, muro se in mare abjecisse, lecto Plato- nis libro.

Certe si ante occidisset, mors nos à malis, non à bo- nis, abstraxisset. Sic igitur aliquis, qui nihil mali habeat, nullum à fortuna vulnus acceperit. Metellus ille honoratus quatuor filiis, at quinquaginta Priamus, est quibus decem & septem justa uxore nati. Sic in utroque eandem habuit for- tuna potestatem, sed usâ in altero est. Metellum enim mul- ti filii, filia, nepotes, neptes, in rogum imposuerunt. Pri- amum autem tanta progenie orbatum, cum in aram confu- gisset, hostilis manus interemit. Hic si vivis filiis incolu- mi regno occidisset.

Assante ope barbarica, Tellis calatis laqueatis.

Utrum tandem à bonis, an malis decessisset: tum profecto vi- deretur à bonis. At certe ei melius evenisset, nec tam felicitate illa cæneretur.

Hæc omnia inflammari, Priano vi vitam eripi, Jovis aram sanguine turpari.

Non deterret sapientem mors, quæ propter incertos casus, quotidie imminet, & propter brevitate vite nunquam longè potest abesse.

Ceterum Christianis longè majus in morte solatium, quam Gentilibus: statum immortalitatis animorum scientibus, ideoque nihil post hanc vitam expectantibus præmiis, aut con- solationis: ut quibus mors ista temporalis, transitus est ad vitam, & beatitudinem æternam, omniumque hujus sæculi ærumnarum finis, quod luculentè David Psal. 125. lub me- taphora eorum, quod semine cum stetu misso veniunt cum ex- ultatione, ut reportent manibus manipulos: Christus per parabolas plures in Evangelio de vineæ cultura, & solutio- ne denarii, de introductione virginum prudentium in locum nuptiarum: & is luculentum Joannes in Apocalypsi signifi- cat, ubi dicit, Deum absterfurum ab oculis Sanctorum om- nium lachrymam; & Spiritum amodo dicturum, ut requie- scant à laboribus.

Scriptis S. Cyprianus, quem secutus quoque est S. Ambros. l. de bono marti, statum de mortalitate, in quo docet, mortem appetendam Christianis, non timendam. Accipe pauca è mul- tis. Quid ait, est in mundo, & vita hæc, nisi pugna cum ira, gula, libidine? Hinc gratulari Sapientis rapum esse justum, ne malitia mutaret intellectum ejus: ita & Simeon: Nunc dimittis, inquit, servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace. Fidem refurrectionis non habet, qui ad meliora non se- linat. Hinc angelus, quemdam mori timentem alioquens, & increpans ait: Pati timetis, exire non vultis, quid faciam vobis; si domus minaretur ruinam, nonne ex ea migraret? si navis in procella periclitaretur, nonne ad portum confugeretis? mundus hic senescit, & ruinam minatur, quin migras ad Patrem? ubi te charorum turba expectat de sua salute secura, de tua sollicita, Quod multis sub finem libri prosequitur. Quare idem Cy- prian. lib. de laude Martyrii. Quid est, ait, martyrium? delictor- um finis, periculi terminus, dux salutis, iter patientiæ, magis- ter domus vite, quo profecto etiam ea occidunt, quæ in futu- ro discrimine potuissent tormenta reputari.

Certe Apostolus Paulus fatetur, se coardari vite, & mortis desiderio: & ut olim S. ille senex Simeon dimitti in pace pos- tulabat, ita desiderat dissolvi, scilicet vinculo, quo anima in corpore ligatur tanquam luteæ suæ domui, aut vestri: & esse cum Christo. Ad Philipp. 1.

Plerique Sancti hanc dissolutionem desiderant. Orabat Gregor. Nazianzenus: Domine, solve hanc tunicam mihi gra- vem, (corpore mortale, & ærumnosum) & da leviozem.

Illud etiam cujusdam ægotantis dictum afferbat. (Augu- stinus) Episcopi, de quo sanctus in epistola sua, quæ de mortalitate sua scriptis martyr Cyprianus ita recte dicens: Cum quidam

D. BERNARDUS Qualidicium avunculium defunctum post aliquot dies noctu vidit. Sciscitatur, quo in statu sit? respondit avunculium, in prospero. Quare iterum Bernardus, quid causa fuerit, ut in agone infremere, & corpore terribiliter moveretur? Eadem (ait ille) hora duo nequam spiritus me in puteum profundissimum precipitare nitentur, unde ita contremui, verum accurrens B. Petro, evasi. *Auſor. vit. d. Bernar. l. 1. c. 10.*

S. ELZEBARDI Comes illustriſſis, sed vir sanctissimus, & qui cum uxore nobili perpetuam virginitatem coluit, in mortis articulo positus jubebat sibi Christi Domini passionem legi, lingua ejus à divinis non cessabat laudibus, crebro repetens illum versum: Dominus opem ferat illi super lectum doloris ejus: universum fratrum ejus verſati in infirmitate ejus. Sumptum autem Dominico sacramento, cum sacro oleo ungeretur, & versum illum dicerent: Per Crucem, & passionem tuam, libera cum, Domine: Ipse eundem tertio repetivit, & addidit: hæc est spes mea, in hac volo mori. Ad extremum jam in agone positus, vultum præ se tulit valde terribilem, unde colligi liceret, cum in magno versari labore ob quadam illi objecta: atque sub ejusmodi conflictu exclamavit: Magna est demonum vis, sed eam penitus enervarunt virtus, & merita sacrosanctæ incarnationis, & passionis Jesu Christi. Et post paululum rursus exclamans: Planè, inquit, voci. Post aliquantum temporis spatium cum ingenti clamore dixit: Totum me divino judicio committo. Atque his dictis, reparatus est vultus ejus, & quodam rubore, atque splendore, multaque elegantia perfusus, atque ita reddidit spiritum. *In vita ejus, c. 33. apud Saurium 27. Septemb.*

S. SIMON dictus Salus, quia sub stulti specie sanctissime vixit, jam hora mortis appropinquante, sic unicum, quem habebat amicum, suæ sanctitatis consciunt Joannem Diaconum alloquitur: Totis viribus curam gere animæ tuæ, ut possis transmittere absque ulla tempeſtate principes tenebrarum harum: Scit enim Dominus me magno vexari metu, & sollicitudine, donec ab eorum sævitia fuero liberatus: hic est enim dies malus, de quo dicebat Apostolus: quoniam dies mali sunt. Quamobrem rogo te, fili, omni studio esto misericors: misericordia enim tunc plus juvabit, quam cæteræ virtutes: dicit enim Psalmista Beatus, qui intelligit spiritum egenum, & pauperem, in die mala liberavit eum Dominus. *Leontius in vita ejus, c. 44. Metaphr. 19. Sur. 1. Julii.*

Quidam per tres horas in uno stans loco, oculos sursum in cælum fixos habebat, interim gemitibus, & voce querula suam deplorans miseriam. Quem cum discipuli ejus interrogarent, quidnam animum ejus sollicitum haberet? Respondit: Mortem heretico. Quem consolatur discipulus, vitam ei in memoriam revocante, quam egisset sanctissimam, & quanto cum fervore mandata Dei usque esset executus. Ad quæ ille: Verè dico vobis, quod mortem horream. Sedulo quidem, ut dicitis, juxta divini verbi regulam vitam, & motes composui, attamen à tali metu animum liberare nequeo. Scio enim judicium Dei longè alia esse, quam sine judicio hominum. Hic in suis meditationibus eo progressus est, ut cognoverit urgentem mortis hora judicium Dei adeo esse acre, severum, & grave, ut omnia nostra opera coram eo nequaquam subsistere possint, nec in eis ulla salus nobis se offerat. *In vita Patrum.*

*** MORTIS MEMORIA MEDITATIO,**
ET AD EAM PREPARATIO.

Care tibi sit ex hac vita migratio, dicebat Diogenes. Cura autem erit sic mori mediteris: hoc est, si adhuc vivens animam à corpore separaveris. Hoc enim mihi videtur Socrates appellasse, siquidem meditatio mortis res difficillima est. Philosophare, & considera, quid tibi & natura, & lege magis est considerandum: In hoc duntaxat anima à corpore separatur, in reliquis rebus minime: sed cum videt, & audit, olfacit, gustat, adest corpus, quasi ex eodem capite utrumque pendet. Cum igitur mortem non meditatur, molestior vitæ suæ expectandus nobis est. Anima namque quasi deliciis quibusdam amicis, merore afficitur, & summa cum molestia vita cedit. *In epist. ad Monachum.*

EXEMPLA, ET MONITA S. SCRIPTURÆ.

Job omnia vincens patientia, nullis fractus est ærumnis, nulla collapsus advertebat, ut qui non ignoraret, brevi is se expediret. eo quod diu hic vivere non posset, & deinceps multo beatius, perenniſſe vivere speraret: Breves, inquit, dies hominis sunt. Et: Expecto donec veniat immutatio mea. Domine, vocabis me, & ego respondebo tibi, operi manu tuarum porriges dexteram. Et iterum: Spiritus meus attenuabitur,

dies mei breviabuntur, & solum mihi superest sepulchrum: Dies mei transierunt, & cogitationes meae dissipatae sunt, torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem: & rursum post tenebras spero lucem. Denique ait: Scio quia morti trades me, ubi constituta est domus omni viventi. Hæc & talia assidue secum cogitans, cum omnia corporis bona amisisset, animi non amisit.

Et B. Propheta DAVID identidem reminiscens se esse mortalem, ut morti paratior occurreret, diem quoque, quo moriturus esset, nosse optavit, Deumque deprecatus est, dicens: Notum fac mihi, Domine, finem meum: Et numerum dierum meorum, qui est, ut sciam, quid desit mihi. Ecce mensurabiles posuisti dies meos, substantia mea tanquam nihilum ante te. Verumtamen universa vanitas, omnis homo vivens: Verumtamen in imagine pertransit homo, sed & frustra conturbatur. Theſaurizat, & ignorat cui congregabit ea. Sub hæc omnem spem suam in Deo collocans, ac firmans, concinuit ait: Et nunc quæ est expectatio mea? nonne Dominus? & substantia mea tanquam nihilum apud te est. Itaque ista mente revolvens, ne inimicorum quidem injuriis ad injuriam potuit conerari.

Dum eadem considerat sapientia antistes Salomon, *Eccl. 1. c. 17.* vociferatur, & ait: vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Et iterum: Vidi cuncta, quæ sunt sub sole, & ecce universa vanitas, & afflicto spiritus, & Rursum reputavi errorem, & gaudio dixi, qui frustra deciperis? & Nihil permanet sub Sole, & Omnia tempus habent, & suis spatibus tranſeunt universa sub cælo. Desinare autem volens, quid esset in vita optimum: Et cognovi, inquit, quod non esset melius, nisi latari, facere bene in vita sua. Omnis enim homo, qui comedit, & bibit, & videt bonum de labore suo, hoc donum Dei est. Ad hæc peccatorem sollicitè exhortans: Quodcumque facere poterit, inquit, manus tua, inſtanter opere, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas. Ac ne aliquid esse poteris diu vivere: Si annis multis, inquit, vixerit homo, & in omnibus lætatur fuerit, meminisse debet tenebroſi temporis, & dierum multorum, qui cum venerint, vanitatis arguuntur præterita.

Horum meditatione & Elias Propheta jam vita defuncti optabat, dicens: Sufficit mihi, Domine, tolle animam meam. *3. Reg. 19.* Neque enim melior sum, quam patres mei. Sic & David: Mei mihi, quæ incolatus meus prolongatus est. Et Jonas: Domine, tolle quæſo animam meam à me, quia melior est mihi mors, quam vita. Ex quo patet, quam hic premium miseris, cum etiam illi, quibus non nisi ad inferos descensus erat, hinc decedere tantopere concupierint. Cui sanè argumentum Job sententia affipulari dicitur: Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur malis miseris. Qui quasi flos egreditur, & coneritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodem statu permanet.

Hoc idem vidit, & Jesus ille in V. Testamento Sirach filius, qui in Ecclesiastico suo admonendo nos, ita ait c. 14. Memor esto quoniam mors non tardat. Ante mortem benefac amico tuo, & secundum vires tuas exporrigens da pauperi. Ante obitum tuum operare justitiam, quoniam non est apud inferos invenire cibum. Omnis caro sicut fenum veterat. Quam ergo graviter agendum est, ut quotidie lucrè aliquid faciamus, incerti, quando rationem negotiationis nostræ reddere cogemur, & cæci, quod longè abesse non possit. Unde & Ecclesiastes c. 12. Memento, inquit, Creatoris tui in diebus juventutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis tuæ, & propinquet annus, de quibus dicas, non mihi placeat. Rursumque Jesus, c. 28. Memento novissimum, & desine inimicitia. Nihil quippe ita iracundiam nostram frangat, atque emollet, ut isthæc recordatio.

ISAIAS Propheta, & ipse futura mente scriptisque pertrahendo vidit contemere præsentia, nec mori timuit, dum illum videret inter sæculi vanitates peger. Hinc etiam exclamavit, immò exclamare jussum, ait, c. 40. Omnis caro fenum, & omnis gloria ejus quasi flos agri. Exsiccatum est fenum, & cecidit flos, quia spiritus Domini sufflavit in eo. Verè fenum est populus, exsiccatum est fenum, & cecidit flos. Verbum autem Domini manet in æternum. Hæc cogitans, Manasse regnum nequissimi feram fortiter perterritus, & factus, in Domino requievit. Quis fidelium non propter hujus necem cum meritis suis, quodam illius vitam cum regno ejus?

Quod si crudele aliquid, turpeve mortis genus expavescimus, Domini Jesu Crucem cogitemus. Sin vero id nos terret, quod nescimus, quando mors ventura sit: occurrere illi semper parati

parati sumus. Vigilate, inquit, quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus sit. Si ciret paterfamilias, qua hora sur venturus esset, vigilaret utique, & non ineret perſodi domum suam: ideoque & vos estote parati, quia qua nescitis hora, filius hominis venturus est. Beatus ille servus, quem cum venerit dominus ejus, invenierit facientem. Amen dico vobis, quoniam super omnia bona fac constituet eum. Vigilate ergo, nescitis enim, quando dominus domus veniat, sero, an media nocte, an gallicantu, an mane: ne cum venietis repente, inveniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico, vigilate. Id brevius in Mattheo scriptum est c. 13. Vigilate, quia nescitis diem, neque horam. Sic ergo hodie vivamus, tanquam cras morituri.

Siquidem & B. JACOBUS Apostolus vitæ hujus conditionem animo metuit: Quid est, inquit, c. 4. vita vestra? Vapor est ad modicum parens. Eleganter cum vapori comparat, in quo & sanus, & calor est. Per calorem libidinis incenivum, per fumum humanæ gloriæ vanitas designatur. Utraque fluxum, atque fragile, & ideo ad modicum parens; sed in æternum crucians, Quamobrem Angelus in Apocalypsi clamavit: Esto vigilans, & comminatur, si non vigilaveris, veniat ad te tanquam fur, & nescies, qua hora veniam ad te. Et iterum: Ecce venio, inquit, sicut fur. Quoniam autem, qui graviter excubat, non lupulatur, subjungit, dicens: Beatus, qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videatur turpitudinem ejus. *1. Thimo. 6. c. 17. c. 18.*

HISTORICÆ *1. Thimo. 6. c. 17. c. 18.* *2. Thimo. 3. c. 2. c. 3. c. 4. c. 5. c. 6. c. 7. c. 8. c. 9. c. 10. c. 11. c. 12. c. 13. c. 14. c. 15. c. 16. c. 17. c. 18. c. 19. c. 20. c. 21. c. 22. c. 23. c. 24. c. 25. c. 26. c. 27. c. 28. c. 29. c. 30. c. 31. c. 32. c. 33. c. 34. c. 35. c. 36. c. 37. c. 38. c. 39. c. 40. c. 41. c. 42. c. 43. c. 44. c. 45. c. 46. c. 47. c. 48. c. 49. c. 50. c. 51. c. 52. c. 53. c. 54. c. 55. c. 56. c. 57. c. 58. c. 59. c. 60. c. 61. c. 62. c. 63. c. 64. c. 65. c. 66. c. 67. c. 68. c. 69. c. 70. c. 71. c. 72. c. 73. c. 74. c. 75. c. 76. c. 77. c. 78. c. 79. c. 80. c. 81. c. 82. c. 83. c. 84. c. 85. c. 86. c. 87. c. 88. c. 89. c. 90. c. 91. c. 92. c. 93. c. 94. c. 95. c. 96. c. 97. c. 98. c. 99. c. 100.*

Igitur quando vigiliam hanc alio oblivioni dormitione immitteret Joannes Eleemosynarius Patriarcha Alexandrinus, dum sibi edificaret sepulchrum, imperfectum relinquit, se. Porro mihi sitis sanximus, ne ulla die præteriret, sed de illo perſicando inſperante. Ita que nonnunquam ab eo mortis memoria recordare, sic sitam inſtituit, ut morte multo beator factus viret, quod si semper hic viveret, & omnibus affluere vitæ hujus voluptatibus, omnibusque deliciis. Terra enim cælestibus conferti non possunt, etiam si æterna essent. *Leontius in vit. PP. apud Sur. 23. Januar.*

MACHABEO Alexandrino per ærum aliquid pergenti (ut ante diximus) nocte superveniente cum somnum capere vellet, sepulchrum, in quam forte incidit, lectus fuit, nec dormiens intra illa, quæ jacendo preſerat, cadaverum ossa perſtrepens vocibus terribis loco cessit, quia jugis futurorum commemoratio, & mortis fecerat intrepidum, & demortuum contempserat. *Ruff. in vit. PP.*

PHILOMORIS quoque Galatam Presbyterum tradit Heracles, annos sex in sepulchris habitasse mortuorum, ut semper meminisse posset, se mundo mortuum, & vivere Christo. *Pallad. Hist. 113.*

Nec APOLLO Abbas (ut Cassianus refert) oblitus est mundo se mortuum esse, tamen non ita procul à necessariis suis positus tuguriolo habitavit. Nam cum à fratre seculari evocaretur, ut sibi auxilio veniret, quod ipse bovem, qui pedibus alto cæno immerſis hæret, evellere solus non posset, & nisi protinus evelleret, ibidem eum amissurus erat: Cur inquit, alterius fratris dimum tibi proximior em preteritis huc me rogatum venisti? Cumque ille responderet, annos jam quindecim esse ex quo alter frater diem suum obisset. Et mihi, inquit, viginti jam anni sunt, ex quo mortuus mundo sum, tantum autem temporis exegerat in religione. Itaque nihil mundanum ad se pertinere arbitrat, egressi de loco noluit, ne rogatus quidem, & rogatus à fratre, atque in tam præſenti talis jacturæ ejus periculo. Quia ergo, qui jam morte mortuus esset, semper eam in mente habuit, & immaculatam se ab hoc seculo custodivit. *Cassian. coll. 24. cap. 9.*

Mortem quotidie meditando, & ea, quæ mortem secutura sunt, in tantum quidam profecerunt non modo non horrent illum, sed etiam appetere. Nam ut de Paulo tacemus, qui dissolvi cupiebat, & esse cum Christo, Syllanus Episcopus Nazarethanus, cum ei D. Hieronymus in visu apparuisset, & si quid à Deo vellet, interrogasset. Velle se ex hac vita migrare dixit, & subsecutus est. Pergant nunc nimis anxii vitæ suæ amatores, medicamentis sustentare sanitatem, morbos depellere, & brevissimi temporis spatium totis redimere patrimoniis: inventi sunt Dei servi, qui mori optarent, ut in æternum vivere citius inciperent. *Aug. Epist. 206. cap. 5.*

æternam beatitudinem se transferendum minime dubitaret. Statim ergo sumpto animæ viatico, relictaque carnis facticia, & cælum petiit, quo jam diu pervenire cupierat. O verè preciosa in conspectu Domini mors Sanctorum ejus. Nisi enim pretiosa esset, haud ita exereretur.

Idcirco sanè, nec Hilationem Abbatem latrones cum armis circumſistentes terere poterunt: Cùmque intrepidum permanere mirarentur, nunquid necem non timeret, interrogant? Nec non timeret, respondit, qui paratus est mori. Quis, quæſo, militum, Ducumve sæculi tam præstanti animo unquam fuit in tanto vitæ periculo, qui non contremuisset? Unus miles Christi nudus, & inermis inter toti nihil armatos expavit, plusque ipsi audaciam mortem patendam, quam illis ad inferendam fuit. Quem enim interimere, vel saltem spoliare decreverant, stupore correpti illæsum reliquere. *Hier. in vita ejus, c. 4.*

Sic & multos Martyrum vitæ hujus finem etiam per supplicia quæſisse constat, dum vitam, quæ finem non habet, concupiscerent: ultro se persecutoribus offerbant, cùm latere possent: magisque dimitti, quam occidi, metuebant.

PRÆDEXIS Virgo Komana, cum facultates suas pauperum fecisset, ad illum lectinans, ejus amore hoc egerat, oravit vitæ istius finem, & impetravit: Mira res robustissimis viris terroris mors est, Virgini juvenule desiderio. *Ado in Martyrol.*

SAVINA quoque Virgo ad tumulum Savini Martyris fratris sui prostrata, orasse dicitur, ne ultra viveret, ita trepidans dolens sed eum sequi cupiens, quem divino frui conspectu non ambigebat. Illis ergo gravis, & terribilis mors est, qui terrena curant, non iis, quorum conversatio in cælis, & qui moriendo ad immortalitatem transmigrant. *Jacob. de Vorag.*

Duo Philosophi venerunt ad Senem, & orabant eum, ut eis verbum adificationis diceret: Senex verò tacebat. Rursum Philosophi dixerunt: Nihil respondes nobis, Pater? Tunc senex dixit eis: Quod studiosi quidem sitis eloquentia; scio: quod autem non veri sitis Philosophi, affirmo: quomòdi enim loqui solitis, quasi loqui nescitis. Sit ergo Philosophi vestre opus semper meditari mortem, & silentioque, & quieti vos assuefacite. *Præf. spirit. c. 156.*

D. BERNARDUS ubi audivit certo nuncio de sui Abbatis Eustegenii in summum Pontificem electione, agressus ad ipsum litteras dedit: in quibus post multa, hæc habentur: Confortare, & esto robustus, manus tuæ in cervicibus inimicorum tuorum. Vindica tibi animi tui constantia, & vigore spiritus patrum, quam dedit extra fratres tuo tibi omnipotens Pater, quam & tunc de manu Amorthæ in gladio, & arcu suo. In omnibus tamen operibus tuis memento te esse hominem, & timor ejus, qui auferit spiritum Principum, semper seant oculos tuos. Quorum in brevi Romanorum Pontificum mortes tuæ oculis aspersisti? Ipsi te prædecessores tui tuæ certissime decessionis admonent, & modicum tempus dominationis eorum paucitatem dierum tuorum nunciat tibi. Jugi proinde meditatione inter hujus præſentis gloriæ blandimenta memorare novissima tua, quia quibus successisti in Sedem, ipsos sine dubio sequeris ad mortem. *D. Bernard. epist. 137. Anno Domini 1145.*

Cum olim coronaretur Imperator, sepulchrorum constructores quatuor, aut quinque ad eum deferbant marmoris frusta, varii coloris, inquirentes ex quo vellet sibi constructi sepulchrum, quo suæ mortalitatis admonebatur, & prudenter imperaret. *Leont. Ep. Neap. in vita Jo. Eleem. in vitis Patrum.*

S. GUARINUS Episcopus Prænestinus, & Cardinalis, Canonicus regularis, mortem sibi quasi quotidie imminente in hoc mundo meditabatur: quæ quidem meditatio est peccatorum omnium peremptoria, juxta illud, quod scriptum est: In omnibus operibus tuis meditare novissima tua, & in æternum non peccabis. Ubi enim non est timor mortis, ibi dissolutio vitæ: ubi verò dissolutio vitæ, ibi peccatorum abundantia; ubi denique peccatorum abundantia, ibi & perditio anime: Timor enim semper emendat, tollit securitatem, parit sollicitudinem, superbiatm deicit, humilitatem nutrit, caritatem auget, & virtutes multiplicat. Timens Deum abdicat peccata in verbo, facto, cogitatione, & in omnibus motibus suis peccatorum operationes evitans, se, corpus, totamque animam suam vitam à malo custodire studet illata. *Aug. Trinitatis in vita ejus apud Sur. 6. Feb.*

S. quoque Rembertus Archiepiscopus Bremensis, orationibus, cæterisque bonarum rerum studis intentus, intra paucos annos omni maturitate, & scientia virtutum emicuit, atque jam tum juxta Psalmi vocem: Concaluit cor ejus intra ipsum, & in meditatione ejus exarsit ignis. Cùmque perſeretur,